IN DEI NOMINE. AMEN.

OMNES & singuli præsentes litteras inspecturi compertum habeant, quod anno Æræ Christianæ millesimo octingentesimo Quadragesimo Cuarto die tertia mensis Augusti coram me Notario Academico, allisque testibus per se ipsum constitutus D. Jesus Santoscoy ________ postquam Rectorices unum tresque annos Philosophiæ studio dedisse legitimis ab hujusque Academiæ Domino Rectore probatis instrumentis commostraverat, cum ad statam legem ad ea, quæ sibi plurima ex Philosophiæ partibus à Doctoribus examini præfectis objecta et interrogata fuere, respondisset ab hisque fuisset approbatus: præmissa fidei professione, præstitoque apud Dom. Rectorem juramento academico, seque sanctissimam Virginem MARIAM à primo suæ conceptionis instanti ab originis labe prorsus immunem fuisse, publicè & privatim defensurum, Baccalaurei gradum in Philosophia suscepit à Doctore M. S. Fr. Michaele Vivar ________ qui in Cathedra sedebat Doctoris infula ornatus, de cujus licentia idem Baccalaureus Cathedram conscendens delectam à se Philosophicam quæstionem, quousque finem disserendi Dom. Rector constituit, explanavit.

In quorum fidem ego infrascriptus hujus Nationalis Guadalaxarensis Universitatis Notarius, quia quæ relata sunt latiùs constant ex Actis, quæ in ejus Tabulario asservantur, ad quæ me refero, hoc publicum instrumentum sigillo minori Universitatis munitum, quod dicti Baccalaurei præcibus annuens á me Dom. Rector dare jussit, meo nomine ac solitis signis subscripsi & signavi die mense et anno supra dictis.

Veritas Omnia Vincit.

Antonius Alcocer
á Secretis.